

Fides, si non habeat opera, mortua est.

Lectio Epistolæ beāti Iacobi apóstoli

2, 14-18

- ¹⁴ Quid próderit, fratres mei,
si fidem quis dicat se habére,
ópera autem non hábeat?
Numquid póterit fides salváre eum?
- ¹⁵ Si frater aut soror nudi sunt et índigent victu cotidiáno,
¹⁶ dicat autem áliquis de vobis illis:
«Ite in pace, calefacímini et saturámini»,
non dedéritis autem eis, quæ necessária sunt córporis,
quid próderit?
- ¹⁷ Sic et fides,
si non hábeat ópera, mórtua est in semetípsa.
- ¹⁸ Sed dicet quis:
«Tu fidem habes, et ego ópera hábeo».
Osténde mihi fidem tuam sine opéribus,
et ego tibi osténdam ex opéribus meis fidem.

Verbum Dómini.